

B. B. B. B.

VINDICIÆ
LINGVARUM
ORIENTALIUM

DISPUTATIONE PHILOLOGICA

Comprehensa;

Quas

*Inclito PHILOSOPHORUM ABOENSHIM Ordine
benevole approbante,*

Et

Præsidij habenas tenente

MAXIME REVERENDO CELEBERIMOq; VIRO,

D. N. PETRO FILENIO,

*S. S. Theol. Doct. & L. L. O. O. atq; Græc. Prof. Reg.
Ord. Societatum Lond. Regal. nec non Antiq. Sodali,*

Publicæ Eruditorum æsynoni sisset

AUCTOR

JAACOB. ABRAHAM. ALANUS;

Die 22. Decembr. A. O. R. MDCCXL.

In Audit. Maxim. boris, ante meridiem, solitis,

ABOÆ, typis Academicis excud. Reg. Univ. Typ. JOH. KIEMPE.

A
[SON EXCELLENCE;
MONSEIGNEUR le COMTE

J A Q V E S

De

CRONSTEDT,

SENATEUR

du Roi

Et

du Royaume de **SVÈDE,**

A
SON EXCELLENCE,
MONSEIGNEUR le BARON

OLAVE

De

CEDERSTRÖM,

SENATEUR

du Roi

Et

du ROYAME de SVEDE

Et

CHANCELIER de l'Universite d'
ABO.

MESSEIGNEURS.

LA grace du tems jadis, laquelle VOS EXCELLENCES
Ont fait à mon Grand Pere, me donne l'assurance,
Que VOUS ne dedaignez point la source d'un cœur,
Qui pure du zèle comme l'or VOUS parle, MESSEIGNEURS,
Ce n'est que le Vray merite, l'ame de la draye gloire,
Et VOTRE Piété, qui ne me laissent pas taire;
VOTRE Vertu si rare, qui brille avec éclat
Dans la PATRIE, devant le TRONE, dans le SENAT;
Souffrez, que j'ose donc VOUS dedier cet ouvrage,
De ma reconnoissance Et le prix Et le gage!
Sans cesse, MESSEIGNEURS, je fais au ciel des Vœux
Pour VOTRE prosperité; Vivez contens, heureux.
Benisse L'ETERNEL VOS ILLUSTRES FAMILLES,
Qu'ELLES jouissent d'un sort de LEUR vertu, qui brille.
LE DIEU tout puissant VOUS preserve du mal,
Et dans l'éternité VOUS donne un rang égal!

MESSEIGNEURS,
De
VOS EXCELLENCES

Le très-humble Et très-soumis
serviteur

JAQUES ABRAH. ALANUS.

A MONSIEUR le Baron

JEAN DE BRAUNER,

Gouverneur de la Province d' Upland.

MONSIEUR,

Comme je suis tout penetré de reconnoissance de toutes les graces, dont VOUS avez daigné me combler de tout tems, lorsqu' en toutes rencontres, VOUS m' avez fait si vivement ressentir les effets de VOTRE forte protection, & du souvenir de l' amitié tres agreable, qui fut autre fois entre VOUS & feu mon Grand Pere, L' Euêque DAVID LUND; Vous voudrez bien agréer, MONSIEUR, que pour marque de mes soumissions & des Respèts, que je Vous porte, j' aye l' honneur de Vous dedier ma petite dissertation. J'y joins les vœux les plus sincerés a ceux, que tous les sçavans reiterent tous les jours pour la conservation de VOTRE Illustre Personne, qui Leur est aussi glorieuse, qu' utile. Veuillez le Bon DIEU VOUS conseruer encore plusieurs années dans une parfaite santé, que Votre chere Patrie puisse encore sentir d' avantage les effets de VOTRE rare merite. J' ose VOUS demander, MONSIEUR, la grace de me continuer l' honneur de VOTRE protection & bienveillance, VOUS assurant très humblement, que je tâcherai toujours de mon mieux de m'en rendre digne, & me ferai gloire d' être toute ma vie, avec une devotion sans reserve & une veneration tres respectueuse,

MONSIEUR,

Votre très humble & très
obeissant serviteur

JACQUES ABRAH. ALANUS.

Summe Reverendo

D^N. ANDR. BERGIO,

S. S. Theol. Doct. Profess. Prim. ARCHIPRÆPOS. &
Past. Eccles. Svec. Aboëns. & Numens. nec non Max-
venerand. Facultat. Theol. Decano h. t. spectabili.

Magnis Sacri Cœtus pariter ac
Patronis

Summa animi ve-

Pincipum Augustissimi numerosa circum se Ministeria
republicam rite recteque administrandam, quoniam
rum quoque Reginam & omnes quotquot disciplinarum sua
& veluti in quasdam cogi angustias vero est simile, si non
Scientiarum aperiunt, itaque ad eas feliciter & sternunt,
interpretes cognoscunt scripturas, non nisi aliena fide inge-
& deprehendende falsitatis reperturi sint, qui Linguas ne-
tinerent? Rivulos sectari his necesse est, cum aditum ad
eant quotquot unquam in Historia Literaria, que magis
memorantur Viri Castalidum sacris initiati, uno ore confite-
strandam Sacre & Civis Republice, vivil prelati &
vehiculis, his prisca vetustatis nunciis, & per Heliconia
rumque distorta & affectata evadunt multa. Non secus ac
tamen, si transferantur ultra fluvium in Latium, continuo ob-
tueri placuerit, quos non Ee mirabiles sui amores apud
mni Literatura meritissimi in propatulo sunt viri, qui missis

COLLEGI
NÆO ABOENSI
VIRORUM,

Maxime Reverende

D. JOH. WALLENIO,

S. S. Theol. Doct. atq; Profess. Reg. & Ordinar. Past.
Ecclesiar. in Nådendahl, Reso, & Merimaske.

Academiae Fulcris & Ornamentis,
Propensissimis,
neratione suspiciendis.

*Habere, cum ad tuendum Majestatis splendorem, tum ad
ipsi omnibus sufficere partibus soli haud possunt. Scientia-
riorum nomine veniunt, non parum dignitatis amittere,
si pate fuerint pulcerrimo Linguarum comitatu, qua fores
& preparant. Tibi namque persuasum est, illos, qui per
nioque niti. Unde queso vias ac disciplinas firmandi veri
gigunt, quarum ope intelligentiam rerum causarumque ob-
fontes omnibus bipatentes, sibi culpa praecludant sua. Prod.
δεδουση ἀδελφαις, Ἐυλη της Φιλοσοφιας dici meretur, com-
buntur, illos ad explicanda mysteria fidei, remque admini-
magnopere excellens unquam contulisse, qui his scientiarum
terras mercuriis, fuere destituti. In versionibus quippe ple-
sicade in agro quidem Laerensi satis arguta sunt; eadem
mutescere dicuntur. At si speciatim Linguas Orientales in-
Clarissima Orbis Eruditi Lumina excitarunt? Sane de o-
rariosis versionibus, quibus ceu sculneo baculo nonnulli innitun-*

sur.

sur, has Linguae adoptarunt; has foverunt, has pensitave-
runt. Quid enim memorem LOESCHEROS, BUXTORFIOS,
MEIEROS, TARNOVIOS, CALOVIOS, DISSOLVIOS, EZAR-
DOS, reliquosque? Quid BRUNFELSIOS, DETHARDIN-
GIOS, DOLSCHIOS, KIRSTENIOS, ROSENBACHIOS,
RUDBECKIOS ceterosque? Quid HOTTINGEROS, WALTO-
NOS, POCOCCIOS, FOURMONTIOS, RELANDOS, LUN-
DIOS, PAULINOS; CELSOS, ENGESTROEMIOS ODHE-
LIOS, aliosque? His supra omnem laudem positos, mul-
tam LINGUIS ORIENTALIBUS navasse operam, monumen-
ta Eorum, posteritatis memoriae relicta, affatim compro-
bant. Quae cum hoc modo comparata sint, nec VOS ANTI-
STITES CELEBERRIMI partibus Horum in re tam momen-
tosa & futuros, penitus convictus sum, Nam, uti vastissima
ac solidissima instructi estis eruditione, ita LINGUIS ORI-
ENTALIUS suum semper statuitis pretium, hoc est maximum.
Quod hoc sub frigido aqua polo constitutum Musarum Palladi-
um in singulos dies abunde experitur. Hoc igitur hanc
mibi addidit animum, ut hac chartula curas obtrepere au-
sus fuerim Vestras; Spe certissima fretus, VOS hoc de o-
tissimi animi mei pignus Favoris Vestri amplexu benevole be-
aturos. Eo tamen non progredior audacia, ut dicam hoc
magnitudinis meritorum Vestrorum in me, grataque mentis
cogitationibus par esse. Absit; ea etenim a primo, quo Vobis
innotescere, tempore, contigit, mihi tribuistis benevolentiae da-
sumenta, quae Patroni in clientes unquam conferre possent.
VOS extollit tenuis Clio, VOS semper venerabitur, dum mo-
numenta exstabunt; libri supererunt & ingeniosum scribendi
inventum vigebit. Tandem, ut ea felicitate divinitus data
gaudeatis quam divitissime, quae immortalibus meritis VE-
STRIS

*STRIS in Patriam, in Ecclesiam, in Academicam & Clientos
collatis, & ulterius conferendis, respondeat, ex animo opto.
Et cum splendidissima Familia VESTRÆ, lucidissime un-
quam non corrufcabitur fideribus.*

SUMMORUM NOMINUM VESTRORUM,

Cultor devotissimus

JACOB. ABRAH. ALANUS

Laude Probitatis & Pietatis
Inter
Splendida Urbis Aboënsis Cives & Mercatores
Maxime Fulgido

VIRO,

Dn. JUSTO NICOL. SCHULTZ,
Fautori de me Optime Merito.

Interne veritatis commendatione gravissimum est Arabi-
cum illud: Per scalas adscendat, oportet, in tecto
ambulaturus. Cui ad culmen & fastigium SACRO SANCTÆ
THEOLOGIÆ pervenire animus, minime ille per saltum sed
per scalas illuc tendere debet; conans enim vel minimus
ventus in bivium protruderet. Scals autem illæ sunt LINGVÆ
ORIENTALES, quibus justa ac solida SACRARUM LITERARUM
interpretatio obtinetur. Hæ sunt ultimum illud securitatis cer-
væ & permansura asylum, quo adversus Acherontis nefarios
impetus & satellitum ejus consceleratum furorem confugere
fas est. Harum enim splendore ac læto sidere illustrati, in
scopulos baud facile incidimus, sed aureo velut pignore fir-
mati in tuto versamur. Hæ igitur jure maximo סוד לתורה
hoc est, sepimentum LEGIS nominemus, quod alias de Ma-
jorab proferunt Rabbini. Scilicet suavissimum hoc pabulum
si vobis subtrahatur, si hoc filum Ariadneum negligatur, ver-
tumno mutabiliores trepide discurreremus. Hinc videretur
manifestissimum, neminem nisi harum Lingvarum cognitio-
ne tinctum, ex ratione officii, in SACRORUM ORACULORUM in-
terpretationem irruere debere. At non ea est ætatis nostræ
indoles, quæ infeliciter proventu eos in medium sistit, quibus
deluge

voluptas est ex rerum præstantissimarum despectu laudem sibi quaerere. Opinatione ergo sterilitatis ducti, reginas has Orientales & prisca antiquitatis dominas in pulvere Scholastico defossas, nullo autem modo in sedem pristinam collocatas cupiunt. Horum sententias, Vir Spectatissime, his ulterius perstrinxi Vindictis, quas Tuo etiam Nomini inscriptas & volui & debui. Fateor equidem leve hoc munusculum propensa Voluntati Tuae mihi semper declarata haud respondere. Interim tamen, si offerentis pietatem & animum sincerum perpendas, cum ea si non pari ambulaverit passu, animi saltem ingrati indicium me effugisse ratione sufficientissima mihi persuades. Virtutis proinde & Pietatis, ut semper sedulo Regibus, atque non exulibus, qui temporis ac rerum mutationibus obnoxiarum ultima velut linea est, inter Calides fides, latissimam aternitatis sortem attingas voces,

Nominis Tui,

Observantissimus
IACOBO ABRAHAM ALANUS.

Præstantissime & eruditissime
Dn. JACOBE ABRAH. ALANE,
Magni Parentis optimæ spei fili, Amice integerrime.

Quid juvat assiduo doctis pallefcere linguis,
Cur humeros nostros incurvat lætio multa?
Quid vigili cura transversa vocabula gentis
Discere tentamus peregrina, orientis æumnæ?
Cur apices oculis aciem, cur lumina demunt,
Cur placet ignotas trans portum querere merces?
Annon sufficet nobis vernacula pulcra,
Ornatu dives varioque referta lepore,
Floribus atque scatens nitidis, nullique secunda?
Arctica num similis sit genti solis ad ortus?
Num velit Eos sensus exprimere lingue,
Et numeros, ut poscit Heber, formare sonantes?
Fallor: nam voluit summum, quod dirigit orbem,
Eois Numen regni sua pandere sacra,
Et dictis primus Nabatheis edere verbum:
Thejologis igitur, Spiritus quo sensa capeffant,
Quas Oriens fundit, linguarum proderit usus.
Hoc Tua cum monstrat multis excelsa Ibalia,
Ingenii profers felicitis munera ALANE.
Jubila cum nuper caneret festiva Minerva,
Secula dum nostra mutabant grata Camena,
Promeruit laudes magnas, encomia justa:
Hæc quoniam cumulas geminatis ausibus bisce,
Atque bonis cunctis extorques candida vota:
Tot Tibi successus veniant, quot lingua sonora
Convolvat voces, quot opes atque India condas.

E. RENOUARD.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

LINGVARUM EA EST SUBLIMITAS, EA AMOE-
 NILIAS, EA SVAVITAS, ut has nemo
 facile expresserit & dignis prædicaverit en-
 comiis: EA UTILITAS, ut non possint non
 omnes, quibus virtus & eruditio in deliciis
 sunt, in amorem sui cultumque allicere, immo im-
 pellere. Quod, ut de SVECANA, GRÆCA, LATI-
 NA, GALLICA, ANGLICANA, GERMANICA, & re-
 liquis verissimum sit; ita nec hoc præconio defrau-
 dandæ sint LINGVÆ, HEBRAICA, CHALDAICA, STRIA-
 CA, SAMARITANA, ARABICA, ÆTHIOPICA, PERSICA,
 TURCICA, ARMENICA, COPTICA & IBERICA, ut ce-
 teras silentii peplo involvam. Quarum illæ OCCI-
 DENTALIUM & SEPTENTRIONALIUM, hæ vero ORI-
 ENTALIUM nomine veniunt. Quanta autem in
 his Lingvis ORIENTALIBUS diversitas naturæ, quan-
 ta in natura diversitas significationis, quanta in
 significatione diversitas vocabulorum, quanta in
 vocabulis diversitas terminationum, quanta in ter-
 minationibus diversitas pronunciationis, res altio-
 ris est indaginis. Si etenim species Æthiopes Arme-
 nos, Iberos & Coptas, legunt & scribunt plerumque

more Europæo, dextrorsum; Hebræos vicissim, Chaldaeos, Syros (a), Samaritanos, Arabes, Persas & Turcas, contemplaturi, invenimus eos in contrarium tere incedere. Quod apud Hebræos significat fastidire, id Arabibus & Syris est ponere, Chaldæis inquirari & commendare. Hebræis עָרַם est voluit, Arabibus congregavit; illi vocant *scrutari* שָׂרַם, hi consuere hac voce expriment. Syri per עָרַם efferunt constantem, veracem, & perfectum; Hebræi, Chaldæi & Arabes, eodem signant suos depressos, fractos & invalidos. Notas orthographicas & puncta diacritica, agnoscunt Syri, Samaritani, Arabes, & Persæ, quæ Hebræi, Chaldæi, Armeni, & plerique alii, negligunt. Chaldæorum עָרַם Syris est *tobbo*. Nullas Samaritani scribunt vocales, cum Hebræis, cum Arabibus, Aethiopicis aliisque Orientalium plerisque; Verum vel seorsim vel literis junctis earum habent figuras, Armenis nulla est differentia generum grammatica, quam tamen alii non pauci anxie curant. Per tredecim classes conjugationum verba sua deducunt Arabes, quod alii plerique nimis molestum judicant. Simpliciter labore Hebraica addiscitur Lingva, si modo bene cognita fuerit punctorum permutandorum

(a) Syri neque a dextra in sinistram, neque a sinistra in dextram scribunt, sed media quadam ratione, Chartam transversam tenentes, lineas incipiunt a margine, quæ a pectore longissime abest, & eas versus pectus ducunt, ita, ut Charta in eum situm, quo scribere solemus, reducta, quod scriptum est legi debeat a dextera versus sinistram.

explicite quædam & incipit, utiq; & tota, ut
 A

dorum doctrina, flexionem¹ verborum tam perfe-
 ctorum, quam imperfectorum, ex asse teneris, o-
 mnesque scias nominum, præcipue nudorum, for-
 mas, observata significatione, tam cuilibet radici,
 quam formæ nominum convenienti. Quantam ve-
 ro poscunt diligentiam Orientales reliquæ, *Ara-
 bica* scilicet in formatione numeri fracti, in literarum
 debiliū permutatione, in verbis literarum similiū
 concavarum & defectivarum, & in fluxu particu-
 larum in futurum verbi; *Æthiopica* in cognoscendis
 literis omnium ordinum in pluralibus fractis, in
 terminationibus verbalibus, in verbis imperfe-
 ctis & anomalis, in applicatione legitima affixo-
 rum. Quanta cum cura quæritur vox primitiva a-
 pud Samaritanos; apud Persas formatio temporis præ-
 sentis; apud Armenos flexio genitivi; apud Coptas
 dispositio periodorum; apud Sinos intelligentia si-
 gnificationis per characteres Symbolicos. Hæc o-
 mnia cum harum Lingvarum plane *αἰνῶσι & ἐνε-
 ρῶσι*, *ὡς ἐν περσῶν* inspiciunt, facile vident, heic la-
 borem, industriam & studium indefessum requiri;
 at, quum, illud excrentur, facillimum est conje-
 ctura consequi, quo loco Lingvas habent Orienta-
 les. Eas nimirum ceu mente cassas & nullius frangi
 traducunt; laureolam in mustaceo quærun &
 vehementer sibi placent, quoties aliorum verba &
 dogmata sugillandi occasionem nacti sibi videntur,
 & plurimorum plausum expectant, si multa, quæ
A 2
a com-

a communi opinione abhorrent, quamvis veritati
 officiant, modo nova sint & aliqualem speciem ha-
 beant, aliisque indicta existimentur, in orchestram
 queant producere, ut loquitur Clariss. *NOLTENIUS*. (B)
 His eruditis seu potius Epicureis (ut Flacii verbis (γ)
 utar) obviam quo eatur, præsentis meditatus sum
VINDICIAS L.L. ORIENTALIUM. Ne vero quis existi-
 met, me cothurnos Herculis sine discrimine omni-
 bus aptare, *L.L. Orientalium usum & pretium in forma*
do Futuro Theologo in præsentis vindicabo. Interim, in
 hoc stadio percurrendo constitutus, eo mitius &
 candidius, *E. Lectoris* de hac mea qualicunque o-
 pera spero iudicium, quo operosius cuncta ad
 lancem & frateram veritatis expendere conatus
 fuerim.

§. I.

OMnium rerum existentium ea est indoles, ut
 earum nulla sit, quæ non in se, vel extra se,
 rationem habeat sufficientem, (per princip. onto-
 log.) Hinc tamen inferre non licet, nos homi-
 niones, omnium possibilium & veritatum conne-
 xionem rationemque sufficientem intelligere posse.
 Nam, non alius simul & semel, has omnes, in-
 tra unum principium, se scilicet, contentas, no-
 vit, nisi, quæ simul & semel intuetur omnes res
 Omniscius DEUS. Homines autem a Conditore suo
 dependentes non nisi successive veritatum æthera
 secare

(B) *In Orat. de hod. L. Latina cultus negligent. p. 28.*
 (γ) *in clav. Script. p. 11.*

secare, abditosque earum recessus penetrare possunt. Quin igitur his, ratione status eorum, maxima, in veritatum tractatione, cautione opus sit, quis ambigit? Prodeant altercantes, Philosophorum & Philologorum, tantum non omnium, ævi nostri, opiniones; Quot ibi sententiarum divortia, Quot charybdes, quot Schyllas, quot scelerum Syrtes? sane Atlanti facilius esset humeros orbis supponere, quam eas omnes firmo solidoque ariete discutere. Nonne hoc est veri bonique limites migrare? inter quæ tamen arctissimum intercedit, vel saltem intercedere debet vinculum ex sententia VERULAMII (d). Nonne tam egena sunt cognitionis Divinæ & humanæ latifundia, ut instar turbinis sit provolandum? Si ergo quivis suum curatius observaret munus, profecto de seculo, nec minori felicitatis pretio, quam eruditionis proveniunt abundante, nobis gratulari liceret. Sed videndum jam est, quibus fulcris & nexibus nostra sententia, in vindicando usu & pretio L. O. in formando Futuro Theologo, fundamenti instar, inhaereat. In antecessum vero notare licebit, sapientes omnis fere ævi, acquisituro sibi solidiorem rerum Theologicarum notitiam, duo quam maxime necessaria judicasse, unum, ut in docendo, alterum, ut in adhortando, recte semet gerere sciat. Docebit vero Theologus, rudes in cœlesti veritate informando, textus sacros rite recteque explanando,

affli.

(d) De Augm. Scient. c. 1. §. m. 347.

§
 affictos consolando, feros indomitosque ab excidio præmonendo, & quod hujus est consecrarium, in aciem contra veritatis hostes procedendo, fidei capita ex S. Scripturæ fonte purissimo confirmando, falsas doctrinas virtute verbi $\epsilon\mu\sigma\tau\epsilon\rho\sigma$ $\nu\pi\epsilon\rho$ $\pi\alpha\upsilon\sigma\upsilon\beta$ $\mu\alpha\chi\alpha\iota\sigma\alpha\upsilon$ discindendo, & ex Ecclesiæ gremio ejicendo. Ponas jam pro certis & concessis, eum præsidio L. L. Orientalium destitutum esse, sane non Theologus, sed Theologiæ violator erit, qui vere manibus & pedibus illotis rem omnium maxime sacram tractat, eamque profanat, conspureat, violat, (eu fere habet Erasmus. (s))

§. II.

ET hoc eo magis urgendum, quo certius constat, docendi munus S. Scripturam tanquam principium & normam genuina interpretatione dignissimam respicere. Unde illa non immerito veteribus $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\iota\alpha$ $\nu\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$ $\epsilon\sigma\tau\iota$ $\epsilon\sigma\tau\iota$ audit. Hæc est *sanctuarium* Domini, quia summa cum reverentia est adæunda; hæc *doctrina* & institutio, quia hominem sapientem & perfecte instructum reddit; hæc *lectura* est, quod omnis homo obligatus est ad studium legis, sive scripturæ; complectitur enim $\epsilon\pi\alpha\kappa\alpha\tau\alpha$ $\sigma\omega\sigma\tau\epsilon$ $\alpha\iota\omega\alpha\iota\sigma$. Hinc prono velut alveo fluit, si omnis homo obligatus est ad studium scripturæ, majori procul dubio gradu ille ad hoc obstrictus, cujus tota scientia

(s) in adag. cent. 9. conferatur, si placet, WIL-
 CELIUS in præf. libri de idiom. L. Sanctæ V. T. p. 3.
 nec non R. LANDI Orat. funebr. in obitum BAULDI p. 33.

7
ita in eo fere versabitur; at Theologus, secundum
demonstrata, ergo.

§. III.

Iam autem Divina oracula, primum (quod sci-
mus) scripta sunt *Lingua Hebraica*, si Vetus spe-
ctes Testamentum, quæ ideo *לשון הקודש* *לשון*
lingua sancta audit. Nativa vero, quæ quodlibet
scriptum in lucem prodit, lingua, quam optime
mentem dicentis indicat. Hinc Futurus Theologus
svaviorem delectationem obtenturus, & uberio-
rem messum reportaturus, sine aliorum cortice na-
tare & adyta hujus Lingvæ adpetere debet. Ne-
mo enim veritati litans inficiabitur, quin is aërem
vibret, qui libros Anglicos, Italicos, Græcos,
Latinos &c. pervolvere & in usum suum conver-
tere velit, has tamen Lingvas miratur potius,
quam intelligit. Sane hæc sunt longe infra digni-
tatem eorum, de quibus in sacris literis agitur.
Illæ etenim de salute animarum æterna nos erudi-
unt, quæ genuina interpretatione & explanatione
comparari & servari, depravatione amitti & sus-
flaminari possunt. Horrendum vero est salutis æ-
ternæ jacturam facere; stupenda est temeritas, non
vereri in ipsa DEI O. M. adyta irruere, legatio-
nem (§) ad homines emendicare rectius, quam
irapetrare, legationem, volui dicere, de summa
rerum, ipsa scilicet æterna animarum salute recu-
peranda penitus, si convicius es, Te Lingvam, *vel amittere*
quæ

(§) 2. Cor. V: 20.

qua DEUS perferenda pronuntiavit, & conscribi
 iussit, vel ignorare penitus, vel non satis callere.
 Facinus profecto audacissimum; & confidentia pe-
 riculose præceptis! Imponunt enim illis ad quos
 mittuntur, toties, quoties, ordine perquam præ-
 postero interpretis sui verba garrunt a mente
 mittentis diversa. Imponunt mittenti ipsi, cum
 fidem in dextre perferendis mandatis promissam
 servare nesciunt. Imperatores igitur curam
 præparandi nominandique Legatos, aliis haud fa-
 cile committunt, quod, si tales si non essent, qua-
 les esse conveniret, male rebus suis, & reipublicæ
 prospectum fore arbitrarentur. Quam parum autem
 mittentis honori consulunt isti sacrorum Vigiles ¹⁾,
 qui Summi Numinis Linguam ignorant, ex eo
 manifestum redditur, quod, ut mississime loquar,
 saltem non repugnet, quominus labinde (horren-
 dum dictu) in Deum ipsum mendacia evomant,
 adserti alicujus auctorem ipsum adstruentes, quod
 nunquam edidit. Quoties quæso e lacris literis sti-
 lo his usitato plenis clamant buccis: ita inquit
 Dominus; verbis, quæ DEI venditantur, subjun-
 ctis, cum hæc esse possint solius interpretis, cui fi-
 dunt, ac cum mente Divina nihil quidquam ha-
 bere commercii. Hoc in puncto mecum facie
 celeb. Prof. JOH. ADR. DANZIUS (2) Non video,
 inquit, quo prætextu judicis sententiæ valeant se
 l. b.

(1) Ezech. XXXIII: 7.

(2) In præfat. Libelli de Idiostismis L. Hebr. & Chal. p. 23.

subducere, quotquot tenuitatis sunt conscii, munus
 præconis adepti, in obeunda divina legatione, stri-
 ctè non executi sunt, quod in mandatis habeant.
 Immo, eo gravior in hos pronuntiabitur senten-
 tia, quo graviori in negotio deliquerunt, quove
 atrocius. Quid autem gravius, quam causa æter-
 næ hominum salutis? quid atrocius, quam sublesta
 explicatione animas hominum decipere; ac sæpe
 secum in sempiternam ruinam dare præcipites?
 Quid, inquam, atrocius? quam ipso DEO im-
 mense, DEO omnipræsente, ac eodem omniscio,
 Legationis hujus Principe, inspiciente, in densa
 læpide Electorum concione, tot attestantibus san-
 ctis DEI Angelis, & ipsis præsentibus, non eru-
 bescere, ea subinde DEO imputare, ejusque ver-
 bis, quæ nunquam in mandatis dederat. Quæ si
 non hæc, summa est impudentia? haud simpliciter
 expianda lustratione, serio hæc mecum perpen-
 dens exhorresco totus.

§. IV.

Non jam multus ero in deductione argumen-
 torum, quæ peti possent, vel ex nominibus
 propriis, alicui homini vel rei, a Spiritu Sancto,
 in Sacris Pandectis, impositis, cum indicetur res
 ipsa ejusmodi nomine significata; vel etiam ex no-
 minibus, quibus varii successus, aut eventus deli-
 neantur; vel ex vocibus, quibus, graviores erapha-
 ses continentur. Sed sufficit modo intueri eos,
 qui in nominum priorum falsa vel scriptione,
 B vel

vel lectione, vel compellatione, vel explicatione,
 suam aliis non modo prodidere incitiam, sed, in
 errores, etiam, haud vulgares inciderunt. Nomen
 DEI Sanctissimum *JEHOVA* Patres quidam Græci te-
 ste *HIERONIMO* (1) legerunt *nini*, *xi*, *pi*, et esse
 Græcum π: & ρ ac ρ esse ω. putantes. Unde ni-
 si ex Hebraicæ Lingvæ, quæ aliquot tum seculis
 inoleverat, ruditate? literæ enim utriusque vocis
 propter levem quandam similitudinem his in Lin-
 gva Hebraica hospitibus, plane eadem videbantur.
 Non nullis, & in his *THEODORETO*, *Adam* primi
 hominis nomen deducitur a loco *Eden*, in quo
 plantatus olim Paradisus, sed quis non videt hos
 secutos Græcos aberrasse, in eorum enim libris
 pro *Eden* legitur *Ederu*. Non igitur ab *Eden* horto
 sed ab עֵדֶן, non tam significationis *rubere*, quam
juvencus fuit, quod apud Arabes, & Æthiopes ad-
 huc hodie significat, nomen dictum derivatur,
 propterea, quod homo recens conditus pulcritudi-
 ne sua creatorem delectabat. Sin vero probatio-
 nem desideras, adeas *LUDOLFUM* (2) & videbis
 עֵדֶן semper iis significare *juvencum*, *elegantem*, *su-
 manum*. Vocem נֶדֶד, quæ lapidem designat Lin-
 gva Syrorum, nomen Apostolo Petro a Servatore
 nostro impositum, deducit *Purpuratus* ille quondam
 Romanus *BARONIUS* ἀπο τοῦ κεφαλῆς a capite; ingens
 ex eo mysterium eliciens: *PETRUS* est נֶדֶד h. e. κε-

φαλῆ

(1) *Epist.* 136.

(2) *In hist. Aethiop.* l. 1. c. 15.

Ὁ αληθ, quia totius Ecclesiæ catholicæ caput & fundamentum est, qui suam etiam vim Pontificibus Romanis continua successione communicavit. Videsne inullam vocis Syriacæ interpretationem & insignem ex illa profluentem errorem?

§ V.

ERudite monet celeberrimus MANZEL (λ), qui genium Lingvæ, & idiotismos ignorat, ne quidem versionem, multo minus interpretationem facere potest. Tanta sane est vis idiotismorum Lingvæ Hebrææ, ut in iis enodandis, vel maxime solida reliquarum Orientalium cognitione opus sit. Inspicias, si placet, exempla eorum, qui pravo idiotismorum intellectu fascinati a regio veritatis tramite aberrarunt, asserti veritatem haud invitus deprehendes. In maxime amplo illo Davidis Psalmo (μ) hæc verba habentur: *Anima mea* פדד in manu mea semper; Hoc plerique sic immutant: *anima mea in manu tua semper*. Verum nunquam fecissent, si idiotismum intellexissent L. Sanctæ, quæ *animam in manu gerere*, idem valet, ac *in perpetuo vita versari discrimine*. Quare CHALDÆUS commodissime: *anima mea periclitatur, ut si in manu mea esset semper*. Cui interpretationi firmandæ abundant loca scripturæ, ut, quando dicitur in libro Iudicæ (ν) *posui animam meam in manu mea, & transivi ad filios*

B 2

Amo

(λ) *Philos. Ser. part. 1. Sect. IV. pos. 3.*(μ) *Psal. CXIX, v. 109*(ν) *Cap. XII. 3.*

Ammon; ubi sensus est: cum vitæ periculo traieci ad *Amonitas*, (o) Locum illum illustrem, non justificabitur in conspectu Tuo omnis vivens; ad Latini sermonis consuetudinem ita exponit *HIERONIMUS*: non justificabuntur omnes, justificabuntur vero aliqui. Mirum sane *HIERONIMUM* non vidisse hunc locum cum reliquis convenire, in quibus particulae negativæ universalis כל conjunctæ, non particularem, sed universalem negationem indicant, ut non omnis idem sit, quod nullus: quales locutiones passim mihi observare licuit: in Verbis Prophetæ *NATHANIS* (π) ad Regem *DAVIDEM* legimus כל ודרש אין & pauperi non erat omne, i. e. nihil erat. *DAVID* ipse in libro Psalmorum (ρ) ait, de divite impio: לא במותו כל הכל in morte sua non auferet omne, i. e. quando moritur non auferet quidpiam. *DANIEL* eodem utitur idiotismo ויעל כל אלה לא יבין & ad omnem Deum non attendet, h. e. ad nullum Deum attendet. Tam pronum est interpreti L. L. O. O. non æque perito in devia aberrare!

§. VI.

Sed quid heic reponunt L. *ORIENTALUM* Olores? sane has volunt eliminatas, si vel maxime concedant, L. *HEBRÆAM* Futuro Theologo esse allicujus utilitatis. Sed dicant hi, an quis L. *HEBRÆAM* intelligere exacte possit, vel præcipuam ejus scire analogiam, cui non simul familiares sunt reli.

(o) conf. dicta Script. 1. Sam. XIX. 5. Job. XIII. 14.

(π) 2. Sam. XII. 3. (ρ) Ps. XLIX. 12.

reliquæ Orientales, puta *SIRIACA, CHALDAICA, ARABICA, SAMARITANA, PERSICA & ÆTHIOPICA?* Hebræa enim hodie ad paupertatem redacta ex his, ut notum est, suppetias quærit. Multas sane verbum significaciones nescirent Hebræi hodierni nisi his essent receptæ. Quot laterent emphases, quot modi loquendi, quot nomina propria, quot literarum mutationes, additiones & transpositiones!

§ VII.

NEe est, quod provocet ad *hypothesein literarum Hebraicarum* ab Helmoatio & Lobkovitio quidem excogitatum, verum ad non vulgare probabilitatis fastigium evehitam a NEUMANNO, LOESCHERO, præcipue vero ab ENGESTROEMIO L. L. O. O. P. in *Academia Lundensi Gothorum*: conatus hicce *Viri celeb. maximis dignus est laudum præconis, præsertim, quum, ceu ex Grammaticæ ejus constat, tendere videatur ad certam rationem L. Hebræicæ obtinendam.* Hinc tantum absit, ut invidiæ telis atque disteriis illam traducam, quin potius ex lege conscientiæ & prudentiæ Christianæ cuius competentem, sobrie de hac dubitem, quod quominus liceat, nec abnuere videtur *Vir. celeb. in Grammat. p. 13. §. X. concedat SUMMUM NUMEN otium & valetudinem Viro celeb. quo Lexicon suum bene absolvat, & tum nullus dubito, quin omnis ulterior dubitandi præcidatur ansa, & hoc si evenerit, nec memet habebit minus morigerum in hypotheseos hujus ad liquidum perductæ assumptione.* Interim pa-

84
ce *Viri celeberrimi* annotationes meas in illam heic
apponere licebit. Nemini non notum est, quam
periculosa secum omni ævo habuerit confectaria
studium novitatis. Jam equidem non loquar er-
rorum monstra, quæ in saniozem introduxit Philo-
sophiam pruritus novaturiendi: satius est hoc de-
plorare, quam longo verborum amfractu referre.
Quid periculi alit hicce nocivus fetus, si in S. S.
intromittatur Theologiam, sublimioris Ejus do-
ctrinæ Mystræ dudum observarunt. Crimen sane est
aliquid in Ecclesia innovare. Jam in confesso quo-
que est, omnia veri nominis *Systemata Theologica* e
S. S. Scriptura desumi debere, & in hanc, si opus
est, resolvi; quo vero propius Systema aliquod
ad hanc cynosuram directum est, eo etiam exacti-
us & absolutius. Hoc simul manifestum est, om-
nes Theologos hactenus prudenti simplicitate radi-
ces non solum ex Hebraica sed & ex ceteris Orien-
talibus quæsiuisse. Hinc patet, quod omnis exa-
minaturus eorum Systemata ad has confugere de-
beat: ratio hæc est, quia radices fundamenta sunt,
ex quibus sensus elicitur, ex hoc iterum conclusio.
Positis vero aliis radicibus, alius evadit significa-
tus vocabulorum, & demum alia conclusio in Sy-
stematibus. Nec valet exceptio, mutata radice,
non statim sequi mutationem significatus. Nam
licet concederem hoc non semper fieri, attamen in
tam vasto, ac sacro codex V. T. est, oceano,
quia sæpenumero accidat, vel vocum hybridarum
usus.

usurpatio in sacris literis frequentissima dubitare non
 finit, quæ saltē ex illis Lingvis, ex quibus desumptæ sunt,
 explicandæ veniunt. Admissa igitur hac hypothese, om-
 nia systemata ad ejus rigorem essent corrigenda.
 Verbo: crebra hac mutatione novam tandem ha-
 beremus verbum DEI. Sed quorsum hæc tandem
 tendant, illi visuri sunt, qui novarum opinionum
 amorem, studium & patrocinium, non sine nota-
 bili & insigni in statibus Hierarchicis revolutione
 & conversione abivisse norunt. Et si de voca-
 bulorum significatione non judicandum sit ex usu,
 qui apud Hebræorum Magistros multis retro secu-
 lis obtinuit, verum ex literarum figura: Quid
 tunc de *שׂוֹמְרוֹת*, quorum plurima in S. S. ut in
 omnibus fere lingvis, occurrunt, existimandum?
 Cum ejusdem rei eadem sint affectiones, & oppo-
 sitorum ratio sit opposita, unde quælo ex simili fi-
 gura & literarum ductu eodem constare mihi potest,
 unum idemque vocabulum diversas admittere signi-
 ficationes, easque sæpe contrarias, quod per indu-
 ctionem erit evidentissimum: Ita *קָדָשׁ* & patrum &
illustrem denotat, conf. *Micb. V. 2. Jerem. XLVIII. 4.*
Zach. XIII. 7. *שׂוֹמְרוֹת* communiter sanctum significat,
 verum *Deutr. XXIII. 18. Scortum & Cynadum.* *בְּרַךְ* Be-
 nedicere, at *1. Reg. XXI. 13. Job. I 11. & cap. II. v. 9. ma-*
ledicere. *שׂוֹמְרוֹת* animam, sed & corpus inanimè & cada-
 ver, *Hagg. II. 13.* *קָדָשׁ* pietatem, verum opprobrium, i-
 gnominiam & impietatem, *Lev. XX 17.* Rationem ex
 forma literarum eadem dari posse *שׂוֹמְרוֹת* istius
 nullam

nullam video; quin prona potius inde consequentia fluere videatur, posita una significatione ejusdē vocis uno loco, non alteram tolerari posse altero, cum literæ non sint diversæ, sed eadem, ejusdemq; formæ & valoris. Quid igitur hac literarum nova hypothesi efficere possimus, in refellendis infensissimis Ecclesiæ militantis adversariis, non dum, quantum innotuit, quisquam expertus est; Neque in comperito sunt, quæ adversarii & hostes orthodoxiæ ex hac elicere possint; ignem ergo probationis, antequam admittatur, ut sustineat, necesse est. Monet proinde, non sine ratione, Celeberrimus Lugdunensium Professor ALBERTUS SCHULTENS (σ), illos, qui hanc hypothesin tuentur eo se dimittere, unde exitus baud in facili sit, hos in dumera correpere atque miserimis sese implicare angustiis. Porro: tunc mihi, inquit, si LIVII tantum historia, aut Divinæ illæ MAR. TULLII orationes, ex Latinorum nobis monumentis superessent, atque ex divitissima & gravissima Lingva, hæc tantum reliquæ, commune, quo literæ conflagrarunt, incendium evolassent; Tunc mihi, inquam, aut cuiquam sano persuaderes? ea Te repagula, que aditum ad earum intellectum obsepirent ullo absque subsidio, repudiata omni aliena ope, perfracturum, atque ad omnem orationis sensum solum & sententiam, sed vim, sed lumen, & elegantiam esse emisurum. Vel si hoc, & Summi Scriptores incredibili sua ac plana singulari felicitate dicendi, in procli-

(σ) in Orat. inaugural. de font. ex quibus omnis Hebr. L. notitia manavit. p. 30.

si fecissent, & Tu tua industria & sagacitate, esses usque quaque
 affecutus; Tunc Te nativam sermonis Latini indolem, ver-
 borum notationes, vocumque profundas ac penitus retrusas
 origines, penitus vestigasse aut pervestigare posse, gloriari
 & prae Te ferre auderes? Vel ex his Viri Celeberrimi
 verbis constat, quam necessarium est, ut in
 investigatione radicum Hebraicarum densa caligine
 involutarum, foris, hoc est, ex ceteris Lingvis O-
 rientalibus, apportetur, quod ad illustrationem Sa-
 cri Textus necesse est. Posset hoc ulterius lucidum
 reddi ex mutationibus, variationibus, transforma-
 tionibus & revolutionibus Lingvarum ac specia-
 tim L. Hebraeae, at quum Vir celeberrimus ALBER-
 TUS SCHULTENS hac opera in citata oratione & ali-
 bi defunctus sit, otium nobis fecit.

§. VIII.

ALIAM vero viam ingressus est praedictus Celeb.
 ALBERTUS SCHULTENS, tam in oratione illa in-
 augurali, quam in libris de Origine Linguae Hebraeae,
 & Clavi dialectorum Linguarum Hebraeae & Arabicae, quos
 MAX. REV. DN. DOCTOR & PRAESES mecum com-
 municavit. Contendit scilicet hic Linguae Arabicae
 Prof. Lugdunens. antiquam rationem & naturam Linguae
 Hebraeae repetendam esse ex Arabum monumentis. Sunt autem
 haec non nulla concedenda, nonnulla penitus neganda.
 Etenim nemo, cui indoles erectior, ignorat, complures
 Sacri Textus voces repetendas esse ex Arabiae pen-
 etralibus. Nec non Rabbinos JEHUDAM CHIUG & JONAM
 IBN HANNASCHI, Jehudae vindicem & commentatorem

C

Srenu-

Arenuum, ex Philologorum, tantum non omnium, sententia (τ) inter primos, grammatices præcepta Arabice subministrasse, quorum ille non infimis, a Rabbiniis *ELIA, ABEN ESRA, & DAVIDE RIMCKIO*, ornatur elogiis: Latino Sermone, ante 20, & quod excurrit, annos, a *Celeb. Oxoniensium Philologo GAGNIERO* donata, nondum prodisse in publicam lucem, doleat eruditi. Hinc, lumen splendidius Linguam Arabicam accendere Hebraico studio additis, facile colligitur. Eo vero usque hanc Linguam evehere, ut omnes ex ea explicentur radices Hebrææ Lingvæ, est profecto id sibi polliceri, quod difficulter & non sine veritatis jactura, obtinetur. Nam hoc nihil est aliud, quam sibi & aliis imponere. Quid enim ex hoc, nisi omnem Hebrææ Lingvæ scientiam pridem interiisse, sequitur? Adeo, ut ne ipsi quidem Judæi Linguam suam intelligant. Quod falsum esse, *Synagoga & Sacra Judæorum in Polonia, Germania, Anglia &c.* obvia, satis superque edocent. Nec illud valet ad sententiæ Ejus robur, quod Arabes se Linguam suam habere ex *Imaele* prædicant, ceu fatur *Vir Celeberrimus, cit. loc. p. 30.* His enim oppono auctoritatem Rabbiorum & in his *SALOMONIS JARHHI*, qui diserte affirmat per *sapbab ebbad & devarim abbadim*. Gen. XIV. 1. intelligi debere Linguam Sanctam sive Hebræam, qua dialecto

(τ) *RICH. SIM. hist. Crit. V.T. l. 1. c. 36. AND. SEN-
NERT. diff. de orig. L. Hebr. GUSSET. Comment. de L. Heb.
dedic. & TOCOCK. in Pref. ad port. Mos.*

lecto usum est universum genus humanum ex mente ipsius. Accedit, quod Vir Celeberrimus ipse p. 1. & 2. l. c. Linguam Hebræam, non tantum omnium Linguarum Principem, sed & antiquitate præstantem, mirabiles sui excitare amores adstruit, adeoque hoc argumentum illi non tanto, ut putat, est præsidio. Quod vero in oratione citata dicat, Linguam Arabicam non tantas sensisse mutationes ac reliquas Orientales, id Eum, me iudice, parum vel nihil juvat. Etenim si hoc verum esset, Ipsi ostendendum hoc scilicet, quod ille vult, deinde sequi, Linguam nimirum Hebræam sub Hierosolymorum cinere & ruderibus confepultam esse, & proinde radices omnes Hebraicas esse deperditas, omnemque simul istius Lingvæ scientiam, quod tamen falsum esse paullo ante indicavi, & OKCLEJUS in *Introductione ad Linguas Orientales* p. 18. seqq. ulterius persequitur. Contrarius proinde est sibi ipse ipsi Vir Celeberrimus enim in *Originibus* p. 30. eandem Linguam Mecca florere, quæ Hierosolymis olim viguit, in orat. autem inaugurali p. 8. contendit, ut modo dicebam, Linguam Hebræam confepultam esse sub cinere & ruderibus *HIEROSOLYMÆ*.

§: IX.

Sed devolvimur tandem ad examen recoctæ hypotheseos *HERMANNI VON DER HARDTII*, Philologi Julii, Viri, neque ingenio neque eruditione destituti. Placuit hæc ante Ipsum *JO. PET. ERICO THURINGO*, Professori *PADAVINO*: hic luci publicæ exposuimus librum & re & nomine paradoxum, qui Incri-

bitur *Renatum e mysterio principium Philologicum*. Hujus partibus ante annos non ita multos se adjunxit *HARDTIUS*, existimans, radices Hebrææ Lingvæ repetendas esse ex *Hellados reliquiis*. At quantum roboris huic opinioni inest, Viri Eruditi *LOESCHERUS*, *WERNSDORFIUS*, *JANIS*, *CALVOERIUS*, *MUNDENIUS* & *BEERMANNUS* dudum ostenderunt. Non pigebit tamen ex *HARDTII Lumine Græco in analysi Hebraica*, non nulla Eruditi Lectoris judicio sistere. *Versum Genesios primum* ille hoc modo exprimit *cit. loc. p. 26.* *Ἐπιπροσθεν, ως ἐμορφώσεν ἡ ἔσ λογία ἡ μετέροια καὶ τῆς χερσὺν, b e. Primum, quando formavit Numen caelum & terram.* Ita primam vocem Hebraicam resolvit: *רִשְׁוֹן* *ἔπιπροσθεν, primum, πρῶτισον, πρῶτισα* *רִשְׁוֹן* *ἔπρῶθεν, brevius ἐπιπροσθεν in principio, primum, ἐπρῶθεν εἶσαι, ἐπιπροσθεν ον, quod ante aliud positum, quod obstat.* Quandoquidem *רִשְׁוֹן* est *ἔπρῶθεν, principium, quod prius, neutiquam opus quærare verbum, Judaico inficeto raucis nomine, unde descendere dicatur.* Maxima enim nominum pars apud omnes gentes nullam agnoscit originem ex verbis: quin verba a nominibgs orta ingenti deprehenduntur numero. Quod si ergo *רִשְׁוֹן* sit exprimendum, dicendum a *πρῶ*, *pro, für, por.* Neque congruum est confugere ad Arabes, quibus est *רִשְׁוֹן* *raas, caput fuit, presuit, rexit: siquidem hoc Arabicum verbum est origine Græcum, e Græcia admissum, quibus est primitivum* *πρῶτισον, prior sum, dignitate sum prior, prioris*

"partes teneo, ubi de ordine sermo: est & ἀριστος & "negligerus, primas teneo, praestantissimus sum. Adducit praeterea multa alia de hujus vocis derivatione, quæ profecto, me iudice, ficulnea & straminea sunt, sicut ingenii & violentas etymologias praeferebat, has enim pro arbitrio fingit, adjicit, adimit & immutat. Ut reliqua sicco pede transeam, observare fas est *Hardium* sibi metipsum contradicere; sub initium enim analyseos vocis תוּשַׁנְתָּ nullam agnoscit ex verbo originem, paullo tamen post dicit, quod *primitivum sit verbum תוּשַׁנְתָּ*. Sed de his nugis satis.

§. X.

Fset jam locus commemorandi eorum sententias, qui confugiunt vel ad *Chaldaeam* tantum, vel *Samaritanam* vel *Syram*; sed, quum proposita brevitatis hoc non permittat ad reliquas orientales pergo, in specie ostensurus, illas suis non carere fructibus a Futuro Theologo reportandis. Agmen ducat Lingua *CHALDAICA*, cujus usum esse amplissimum is negabit, qui in *DANIELE* a cap. II. 4. vers. ad caput VIII. in *ESRA* a capite IV. 8. ad vers. 37. capituli VII. nec non in *JEREMIA*, capite X. vers. II. 28. hanc comparere nescit. Ut taceam *Chaldaismos* hinc inde in Veteri & Novo Foedere sparsos. Hanc excipit *SYRIACA*, cujus vestigia habes *Gen. XXXI. 47.* מִמְּנוֹ וְרֵי & *Matth. VI. 24.* μακρὰ, Syriace *Mammunno*. *ARABICES* utilitas manifesta est vel ex libro *JOB*, quem Arabum Theologum denominat

BIBLIANDER, etenim *Ejus* omnia fere vocabula ex idiomate Arabico desumpta sunt. Uno erimus contenti exemplo ex *Psalms*. VIII. 5. ubi vocabulum *wan* habetur, quod a radice Arabica *ana* societatem iniit, derivandum est. *Matth.* II. 1. mentio injicitur *Magorum*, Arabice *atasparast*, i. e. ignis cultor, redditur. E Lingva **PERSICA** exempli loco esse potest, quod exstat *Matth.* XXVII. 32, ubi *divus Matthæus* de Simone pronunciat *ישע נייאפסוט*, quæ vox bajulandi significatum involvit. Constat enim Regios nuncios *Persis* appellatos fuisse *ayyægi*, ab his vero pertransit hæc denominatio ad singulos, qui servorum ministerio utebantur, ad portanda onera, & demum ab iis recepta, qui jumenta ad dicta negotia adhibebant. De **LINGVA ÆTHIOPICA**, ut pauca afferam: *Mal-ak Angelus*, non ex Arabico *Malaka* possedit, dominatus est, istæ quippe significationes huic voci non respondent, verum ab Æthiopico *Layka*, *missit*, *legavit*. Hinc quoque *Apostoli* in *Alcorano* *Hibawari* nominantur; descendit autem hoc ab Æthiopico *Hawyera* *ivit*, *pedem* *movit*. Lingva **ÆTHIOPICA** haud contemnendum præbet usum peritis ejus idiomatis, adeoque nec a Theologo Futuro spernenda; exstant vero *Gen.* XLI. v. 45. ejus vestigia: *Josephus* scilicet dicitur Pharaoni מַעֲמַד מַעֲמַד h. e. *revelator Secretorum*. **SAMARITANA** opus est ad accuratum examen Pentateuchi Samaritani; nec non in collatione versionis Hebrææ Samaritanæ. **ARMENICA**, licet Futuro Theologo non eo necessitatis gradu ac reliquæ sese commendet,

23
det, suo tamen non destituitur usu, scilicet in ac-
quirenda antiqvæ Ecclesiæ notitia.

§. XI.

Ultimum locum *LINGVA SINICA* hic occupat, quæ
quidem *Futuro Theologo* nullum usum præstat in
sensu S. S. eruendo, cum toto cælo ab *Hebræa* di-
versissima sit: utilissimam tamen judico, si omnibus
numeris absoluta ejus cognitio haberi posset, in ra-
tione subducenda annalium, quorum evidentia ul-
tro gloriosi *Sinenses*, non verentur omnem fidem
Chronologiæ sacræ hoc quasi ariete impugnare, plu-
rima annorum millia enumerantes, quibus initia
imperii sui narrationem *Mosaicam* de mundi creatio-
ne antevertant. Dolemus, nimis cito fatis ereptum
D. BAJERUM *Professorem Petropolitanum* Celeberrimum,
qui egregia quævis in *Sinensium* literatura præsti-
tit, egregia etiam *MULLERUS* in sua *Abdalla*, & *Ba-
filico Sinensi*, quæ tamen harum literarum cultori-
bus minime sufficiunt. Optandum, *missionarios*, ut
dicuntur, *Pontificiorum*, loco traditionum, integros
annales vel præcepta hujus lingvæ nobis tradidisse,
quorum prius præter *P. FOUQUETUM* & posterior
præter *P. PREMARIUM*, cujus tamen *Grammatica Sini-
ca* in *Bibliotheca Reg. Parisiensi* servatur manuscri-
pta, præstitisse scio neminem. Summa quævis in
hoc genere a Celeberrimo *Parisiensium Philologo D.
FOURMONTIO* seniore expectare licet, qui præter *Ca-
nonem Chronologicam imperii Sinici* ad calcem operis,
quod *Reflexions Critiques sur les histoires des anciens peu-
ples*.

ples inscribitur, subjunctum, & meditationes Sinicas 1736, impressas, in literis ad M. R. D. PRÆSIDEM, die 22. Apr. b. a. datis, significavit, sub prelo sudare Grammaticam suam Sinicam, quam impressam mox excipient Dictionaria. Interea pauca ad Canonem Viri Celeb. & Annales Sinensium subjungere placuit, argumentum, ut confido, Erudito ac curioso lectori haud ingratum, Observasse juvat, Viros eruditos, eosque Summi Nominis, pro Lingva Sinensium, ut omnium prima & antiquissima pugnare, argumentis sane non proletariis. (v) Arguunt autem præcipue remotissimam gentis hujus antiquitatem, & scientiarum inde ab ultima annalium ipsorum memoria repetendam præ aliis gentibus gloriam: Nullum fere vel certe exiguum hujus imperii cum aliis orbis partibus commercium: Seriem 22. familiarum regiarum post primos fundatores non interruptam: Lingvæ denique ipsius genium singularem; cujus admodum pauca sunt vocabula, omnia monosyllaba, summa in constructione simplicitas, nulla declinationum, conjugationum & regularum Grammaticalium varietas vel anomalia, eaque demum modestia, ut nulla nomina nullosve adhibeat characteres ad eas partes significandas, quas revelare pudet (φ). Nomenclurum, eorum non nulli asserunt (χ), relicta prole

(v) Vid. WEBBS Essay towards the primitive language.

(φ) THE UNIVERSAL HISTORY vol. I. p. 61. SEMEDO Relat. de la Cina, part. I. c. 11.

(χ) Doct. ALIX'S reflexions upon the books of the holy

le e cataclysmo servata, cum recentiori se-
 bole Sinam, ubi antea eum habitasse ferunt, repe-
 tiisse, primumque nationis hujus fuisse regem, quem
 vocant FO-HI. Inter rationes, quibus militant, a-
 gmen ducunt sequentes: 1. NOACHO post diluvium o-
 mnium primo apparuisse iridem, fert S. pagina:
 matrem FO-HI filium hunc fuisse enixam iride cir-
 cumdatam, testantur Sinesium annales (ψ) 2.
 NOACHUS de omni bestia munda in arcam sumit se-
 ptena (ω), post diluvium etiam ædificavit altare
 Jehovæ, & de omni bestia munda obtulit holocausta
 in altari (α): FO HI etiam primus Sinensium Im-
 perator septem animantium genera in sacrificiorum
 usum summa cura nutritivisse fertur, unde Paöbi vel
 oblatio dictus (β.) 3. Ne verbo quidem meminit
 Scriptura habitationis Noschi post diluvium, vel
 terræ Sinesis inter ejus posteros divisionis, quin Xi-
 futrum vel Noachum, cum uxore, filia & nauta,

D

arca

scripture . p. 112. WHISTON'S Chronol. of the old testam.
 &c. new Theory of the Earth, and essay for restoring the true
 text &c. SCUCKFORD'S connection and BEDFORD'S Scriptu-
 re Chronology, apud Auctores Historie universalis, operis An-
 glie. l. c. p. 115.

(ψ) MARTINI hist. Sinica lib. I. p. 13. FOURMONT, reflexi-
 ons critiques sur les Histoires des anciens peuples, Tom 2. p.
 399. (ω) Gen. VII. v. 2. 3. 9.

(α) Gen. VII. 20.

(β) LE COMPTE, memoire de la Chine p. 313. COURLET
 confucius. proem. p. 38. 76. FOURMONT l. c.

arca egressum subito disparuisse; constantissima Chal-
 daeorum fuit traditio; Sinam autem per provinci-
 am Xensi (γ), quæ Sinicæ ditionis, montique cau-
 caso, ubi juxta quosdam desidit arca, finitima est,
 accessisse hunc Imperatorem perhibent eorum anna-
 les; ideoque in regionem hanc tunc temporis in-
 cognitam recessisse Noachum, posteris suis incogni-
 tam, verosimilimum ducunt. 4. Lingva & Scriptu-
 ra Sinenfium toto cœlo diversiffimæ sunt a quavis
 cunqve per confusionem Babelicam introducta; ut
 inde derivari nequeant. Hinc Celeberrimus FOUR-
 MONTIUS: *Où la langue Chinoise est une langue Fa-
 ctice & purement Philosophique, ce que je pen-
 se si les hommes ont commencé par des monosyllabes, par peu
 ou par les plus simples, elle doit passer pour celle des pre-
 miers hommes* (d) Porro: *Je ne vois rien, qui aût nous em-
 pêcher de croire que L'écriture Chinoise soit celle des hom-
 mes d'avant le deluge* (e) 5. Quod præcipue impe-
 rium Fo hi juxta maxime rationalem & accuratiffi-
 mam Sinenfium Chronologiam, cum tempore No-
 achi coincidat: Quodque imperii vitæque duratio
 76 Fo - hi & primorum ipsius successorum maxime
 congruat cum vita hominum ejusdem ævi in S. S.
 commemoratorum (f). 6. Palmarium autem ar-
 gumentum est quod deducunt ex Cyclo 60 an-
 norum

(γ) MARTINIUS l. c. COUPLÉTI Chronol. in Fohi.

(d) l. c. p. 457. & 458. (e) l. c. p. 401.

(f) WHISTON'S Theory lib II, p. 137. Ejusdem s'hort
 view of the Chronol. p. 61. 64. 65.

norum ab Imperatore *HOANGTI*, anno ante Christ.
 nat. 2697, juxta calculum *CELEB. FOURMONTII* &
R.P. COUPLETTI (1), invento, inque annalibus ipso-
 rum postea adhibito, quod ex computo Sinensi,
Kiam su hoi Ki dicto, probat *FOURMONTIUS* (2). Sub
 Imperatore Ipsorum *TAO*, 210 ante Christ. 2337. vel
 19. ante Noachi diluvium annis, duo illa Tribu-
 nalia Matheseos & Historiarum apud se erecta fuis-
 se perhibent, anaeque ante. C. N. 2217. sub Impe-
 rarore *YU*, & Magistratum, & archivum & anna-
 les, Phalegi 30. anno, ex mente *USSERII*, se ha-
 buisse venditant (3). Quin Ecclipses a Sinensibus
 a. 2155. ante C. N. 30mo autem *SARUGI*, observa-
 tas, & cum *CELEB. Ordinis Jesuitarum Bibliotheca Prae-*
fecto P. SOUCIETO a se communicatas, inque duobus
Volum. P. GAUBIL insertas, asserit *P. PARENIN* Je-
 suita; judice autem ipso 3889. jam anni effluxer-
 unt, ex quo incolis refertum fuit Sinarum im-
 perium (4). Parcior equidem ille, verum justo li-
 beralior ex Sinensium annalibus *D. HOANGE* Inter-
 pres *L. Sinicae* apud Regem Galliae, ex illa gente
 oriundus, qui tempus diluvii Noachi mille annis an-
 tevertit computationem textus Hebraei, quem se-
 quitur *USSERIUS* Epocam autem diluvii istius par-
 ticularis sub Imperatore *YAO* ad annum ante C.
 N. 2294. figit (5), uno cyclo minore computo

D 2

P. COU-

(1) *FOURMONTI* p. 441. & 452.
 (2) *l. c. p. 423.* (3) *p. 404.* (4) *ibid. p. 408.*
 (5) *l. c. p. 424.*

P. Coupleti, ad annum videlicet 2337. ante C. N. quod tamen novendecim annos antecedit diluvium, juxta æram vulgarem (μ). Verum respondeo; mirari maxime convenit, *FOURMONTRIM*, Philologum de cetero consummatissimum, quo Textui Samaritano & Sinensibus suis, quorum literis 30. annis incubuit pro virili palmam antiquitatis conciliaret, textum Hebræum Gen. X. prout a Masoretis corruptum, rejicere fuisse ausum (v). Cum tamen ex sequentibus constabit, nullam fidem mereri antiquissimos gentis istius annales. Nam I. *Cyclum eorum* quod attinet, fatetur Vir Celeb. auctorem suum Sinicum mentionem facere trium Cyclorum, X. videlicet XII. & LX annorum (ξ). Meminit etiam ex Sinensium annalibus cyclorum *majorum & minorum* ac periodi 10000 annorum *ABDALA ABUSAIID BEIDAVI* Persa, quem Latina & Persica Lingva publici juris fecit *MULLERUS*, in Sinensium quoque Lingva versatissimus (o). Nec dubitat in literis ad D. de *ROSALIE* datis *Episcopus Conon: D. MAIGROT* rotunde affirmare, cyclum hunc non tantæ esse antiquitatis, ut volunt Sinenses, nec aliquo niti fundamento, eum ab Imperatore Hoamti fuisse datum; verum ad enumerandos dies usurpatum, donec Historicus quidam nomine *TIEN*, Tattarus origine, in annalibus suis *Sinis* eum ad annos & secula primus applicavit. An-
nales

(μ) *Prefat Hist Sinic. p. 14. l. c. p. 398.*

(v) *l. c. p. 406. & 438. (ξ) l. c. p. 424.*

(o) *l. c. p. 419.*

nales autem hos in tabula quadã historica & Chrono-
 logica imprimendos curavit anonymus quidã *ELEU-
 THEROPOLIS*, quem *P. FOURMONTIUM* e societate Jesu,
 plurimis annis apud Sinenses versatum, fuisse, pu-
 tet *FOURMONTIUS* (π) cujus Iesuitæ de cyclo & ta-
 bula chronologica 78 TIEN iudicium adponere lubet:
*accedit maxima utilitas in eo, inquit, quod ex ea tabula
 juxta historiam, quia summo in pretio est, epocha vera hi-
 storie Sinensium ad quadringentos circiter ante Christum an-
 nos revocetur, nec desunt, qui propius adhuc non infirmis
 argumentis revocandam putent. Quocum facit P. PRE-
 MARE & reliqua missionariorum Iesuitarum turba.
 (Lettres edifiantes, volum. 21. lettre derniere, quibus ul-
 timam manum applicasse P. TOURNEMINUM Iesuitam,
 existimat MAX. REV. DN. D. & PRÆSES.) 2. Ex iis
 quæ de Cyclo & annalibus diximus, proum erit
 iudicare de antiquitate Ecclipses modo nominatæ,
 quin etiam de traditione illa, Sinenses primos ob-
 seruasse temporum vicissitudines, Imperatores eo-
 rum *Chuen bio*, anno 2510. ante C. N. obseruasse
 conjunctionem plurimarum planetarum, *XUN* quoq;
 composuisse Sphæram illam 7. Planetarum, anno
 2217. & *YU* imperium in provincias diuisisse sub his
 vel illis stellis, anno 2205. (e). 3. Dubiam quo-
 que reddit Annalium Sinensium fidem ipse *P. PAREN-
 TIN*, juxta eorum taniores distingvendo Chronolo-
 giam*

(π) Ibid. p. 401. 402.

(p) P. COUPLETI Confucius p. 2. & 3. FOURMONTI, l. 6.
 p. 405. & 441. 452.

giam hujus gentis in *fabulosam, dubiam & certam*; unde
 41 successores a primo omnium Imperatore *Puon cu* ad
 tempus 78 *Fo hi* a Martinio recensitos, ut incertos
 rejicit (σ). Cui favet P. *COUPLÉTI*, qui ipsam quo-
 que *Fo bi* & successorem ejus *Tin Num* omittens ab
Hoam-ti incipit, qui Cyclum invenisse dicitur (τ). Quin
 hunc quoque rejicere potuisset, cum 24 mensibus
 in utero eum gestasse matrem ferunt Sinenses, haud
 secus ac Imperatoris *Fo bi* caput fuisse hominis, cor-
 pus autem serpentis, ac *Tin num* caput bovis (υ). Un-
 de de reliquis sit judicium, 4 *Noacbum* fuisse *Fo bi*, vix
 quidem probabile est, cum nullam apud se diluvii men-
 tionem faciant Sinenses, adeo ut eos erroris accuset
COUPLÉTIUS, qui hoc de iis statuunt (φ). Quocum
 facit *EBEN SHOKNAH* (χ). Videtur tamen ex epi-
 thetis 78 *Fo bi* & *Puon - ku*, tum etiam ex diluvio 78
Tao negari non posse, quo minus diluvium quod-
 dam admittant, licet illud non fuerit universale, nec
 Sinæ Indiæve oras attigerit (ψ). Quod si Sinenses ipsi
Puon - ku non primum suum Imperatorem, verum
 primum hominem salutare gestiunt, cujus nec ortum
 nec domicilium inculcare audent, verum *Puonku*,
 h. e. antiquum in arca vel navis (l'ancien ou L'ainé
 de l'arche ou du vaisseau) vel hominem ex aqua in
 Archa

(σ) dans la lettre contre L'Abbé Renaudot, 19. Recueil.

p. 457. (τ) *Préf. ad Tab. Chronol. p. 3. 10. 11.*

(υ) *Completi. l. c. & FOURMONT l. c. p. 413.*

(φ) *Préf. ad Tab. Chronol. p. 28.*

(χ) *THE UNIVERS. HISTORY Vol. I. p. 96. **

(ψ) *l. c. Anciennes relations de la Chine, p. 67.*

Archa servatum; Quid impedit, quo minus statuamus per hunc *Puonku* l. *Japbetum* indigitari l. ipsum *Noachum*, cujus posterum omnium primi hanc regionem post diluuium incoluerunt, quod nec negare posse videtur ipse *FOURMONTIUS* (α). Retro sistere gradus hac ratione coguntur Sineses cum suis annalibus, præcipue cura s. Faterur *FOURMONTIUS* Imperatorem *Hoam ti* Philoſophis Sinenſium iratum, eo quod usurpationem imperiorum minorum ipsi scriptis suis exprobrabant, libros eorum combussisse at non annales, non historicos, tantum morales (α). Cum vero mente captum ipsum vocat, cur non æque illos ac hos combussit? utraqve & Historica & Philoſophica antiquitatis monumenta, eaqve omnia igne fuisse consumpta, promulgato sub pœna mortis Imperatoris edicto, & quidem circiter 200, ante Christum N. annos, testatur Vir eruditissimus & ingenius *ST. CKHOUSIUS* (β). Ubi quæso jam hic plurimorum millium annorum ante mundum conditum annales? Dicis etiam, unde jam constare poterit *Hoamti* qui Cyclum primus invenisse fertur 2697 annos ante *SALVATOREM* vixisse, cum vix 200. annos antea vixerit? Quin imperatorum annalibus minorum etiam Regum & Dynastiarum vitas interfuisse Sineses, nihil amplius dubii est, quod nec diffiteri posse videtur *FOURMONTIUS* (γ). Licet e-

(α) l. c. p. 437. 4. & s. (α) p. 434.

(β) *New history of the holy Bible, prepar. discourse p. 111.*
 (γ) l. c. p. 426. 427.

32
 nina plurima jaſcentur de antiquitate annalium, qui
 commune hoc incendium ſubrifergerunt, aſſentiri
 nullus dubito *STACKHOUſIO* & Viris, qui inter eos vi-
 xerunt deſque hoc negotio ex induſtria quæſive-
 runt, ne ullum quidem ipſos producere poſſe ex-
 emplar, caractere intelligibili conſcriptum, an-
 nis 2000 antiquius. (ſ) Calculum nobis quoque
 addit *Hiſtoria illa Sinarum*, quæ in *Italia* nuperri-
 me prodiit, a *Mandarino* quodam conſignata, quæ
 nulla genuina antiquitatum documenta in vaſtiſſimo
 Sinarum imperio exſtare adſtruit, quæ duobus vel
 tribus ante C. N. ſeculis ſunt antiquiora (e).
 Nec tanti faciamus eruditionem *Sinenſium*, quos *Gen-
 tem credula curioſitatis*, lapidem videlicet *Philoſopho-
 rum* quærentem, ſive medicinam, qua immortalita-
 tatem conſequantur, dixerunt Viri, qui longo tem-
 pore inter eos habitârunt, quin in omni eruditionis
 genere *Europæis* eos eſſe longe inferiores creda-
 mus (ç). Indicio ſint vel ipſi *linguæ eorum chara-
 cteres*, quos numerum 60000 vel potius 70000.
 excedere vult *FOURMONTIUS* (n). cum tamen *voca-
 bula* non habeant ultra 1200, *nomina* 326 (9) quæ
 ſingula *litteris alphabeti* noſtri commodius & certius
 exprimi potuiſſe, quis dubitat? Porro qui credit
 ſolem integris 10. diebus apud eos non occidiſſe,

im-
 (ſ) l. c. (e) *The UNIVERSAL HISTORY*, l. c. p. 36.
 Not. col. 2. 3. (ç) *Memoirs de le COMPTE & BIAN-
 CHINI Hiſt. Univerſ.* (n) l. c. p. 438.
 (9) *STACKHOUSE*, l. c. p. XLP.

imbresque aureos per triduum e nubibus decidisse, fidem quoque in reliquis habeat ipsorum annualibus (1). Quod si jam admittatur testimonium MOSES de γλωττοσυγχυσι Babelica & dispersione totius generis humani, quod in Campo Schinaar aderat, Gen. XI. NOACHUS nullam aliam prolem habens, quam tres filios, quorum meminit Moles, nec solus nec cum alia prole, quæ ipsi non erat, in Sina post diluuium, multo minus mille ante diluuium annis, imperare potuit.

§ XII.

Sed quid jam Harum Lingvarum osiores? sane stulte verbosi sunt: dicunt namque: Tota S. Scriptura erudite translata est in alias Lingvas, Græcam (*), Latinam, Gallicam, Germanicam, Sueticam,

(1) Ibid. XLIV.

(*) Nonnulla etiam de origine Lingvarum hic dicenda forent, verum temporis angustia pressus hæc prætermittere cogor. Verbo antiquissimum Græcorum scribendi morem attingam, quem Βασποφνδος vel Βασποφνδος γορφν (instar verburæ boum scribere) nominarunt veteres: Qui scribendi modus ita instituebatur, ut cum primam lineam a dextra in sinistram duxerant, sequentem statim a sinistra ad dextram continuarent, & ita deinceps, a dextra in sinistram. Antiquissimum cum fuisse, satis superque evictum est in Dissert. de scriptura ante Mosen, Præsidio fulta Reverendissimi Scaniæ Episcopi P. D. HENRICI BENZELII. Cum vero dolent eruditi, exempla fere nulla occurrere hujus generis scripture, qua sint genuina, unicuique asserre lubet ex literis D. JOSEPHI SPENCE, Prof.

ticam &c. qui transtulere fuere Viri Sancta gravitate morum, vasta ac solida eruditione instructissimi, quibuscum nostri ævi homines comparari haud facile possunt: hinc translatoribus, dicunt, tuto fidere & niti possumus, neglectis L.L. Orientalibus, quæ

tanto
Eloq Oxoniens. natalium, eruditionis, peregrinationum & humanitatis laude Viri vere Celebris, ad MAX. R. PRÆSIDEM MEUM, 1737. datis, quæ latino ore ita sonant: Tres tantum inscriptiones generis Βυζουφνδς in mundo existere dicuntur, quarū una hæc est, sculpturæ elevata, (Barrelief) apud Illustrissimum PEMBROKIE COMITEM prope SALISBURGUM, exactissime expressa modo & characteribus, quæ sequuntur:

ΜΑΝΘΕΟΣ: ΔΙΘΟΥ: ΕΥ
: ΙΤΕ: ΙΙΔ: ΙΕΤΙΧΑΧ
ΝΙΚΕΙ: ΓΕΝΤΑΘΟΥ:
ΣΟΝΑΤ

Eadem in Domo est ALTARE quoddam BACCHI variis exaratum figuris, quod tempore SIMONIDIS, qui Alphabetum Græcum perfecit, eique literas Η & Ω præcipue addidit, antiquius esse creditur. Saltem, in inscriptione hujus Altaris invenimus Η & Ο loco harum duarum vocalium obtinere; Inscripção hæc unius lineæ ductu circum Altare continuatur, characteribus sequentibus:

ΜΕΓΡΟΜΕΝ: ΔΙΟΥΥΣΟΝ: ΑΜΙΑΟΝ
ΟΡΡΟΝ: ΒΑΧΧΕΥΤΟΡΑ: ΙΑΝΟΟΚΑΡΕΝΟΝ

tanto cum tædio, etiam a felicissimis ingeniis percipiuntur. His ut respondeam; Fateor ingenium DEI esse beneficium, quod ejusmodi excitat ingenia, quæ scripturam rite in sermones patrios transferre queunt, & ut hoc præstent, nulli labori, nullis sumptibus parcunt: hæc enim laudanda opera eorum apprime interservit usui, qui aliorum negotiorum districti nexibus, ipsimet sacrarum literarum fontem adire ex eoque aquas dulcius bibere nequeunt. Verum loquor heic de Futuro Theologo, cujus vel maxime interest, non in versionum hæere vestibulo & atrio, sed ipsa DEI loquentis adyta penetrare, hoc est Spiritum Sanctum propria loquentem lingua audire. Largior equidem, varias egregias easque eruditas sacri textus versiones existare, sane incognito est. Detur vero insuper hoc mihi, eas plurimum quandoque discrepare. A *SANCTO* etenim *PAGNINO* Lucensi translate erudito sapissime dissentit *ARIAS-MONTANUS* Hispalensis, ab utroque *FRANCISCI VATABLUS*, ab his omnibus, *LUTHERUS*, ab hoc iterum *VULGATA*, *LUCAS OSIANDER*, & *LXX.* interpretes. Iam si quærat, annon Theologi munus sit de illis discrepantibus versionibus ferre judicium, & alios edocere, quænam præferenda reliquis, quæ posthabenda sit? Sine dubio affirmandum est Theologi hoc esse. At unde desumi poterit judicium, nisi ex Hebraici codicis fonte; illius accurata inspectio demum docet, qua tuto stari possit, & quænam mentem ac sensum Spiritus Sancti

36
 intime fuerit affectata. Hoc iudicium ex fonte natum & elatum, si non adhibeatur, quam sapissime nubes pro luce ab ignaris hisce Lingvarum Orientalium osoribus arripitur: quam sæpe ex variis expositionibus, quæ in commentariis diversorum existant, pessima & falsissima quæque recipitur, cum optimam se sequi arbitrentur. Quod ipsum euidam inter Græcos accidisse testatur Hieronymus (λ), ut interdum scripturæ sensum relinquens uniuscujusque interpretis errorem sequeretur. Porro, si cum adversariis in arenam descendendum esset, non versionibus hac in palæstra certamen suscipitur, & victoria reportatur, has enim illi sæpius rejicient, & nullius ponderis esse dicent. Atq; tum impleretur illud Rabbiorum (μ) כל חמרפה עשתי מרכרי i. e. qui negligit studium legis, in eo non est facultas consistendi in die augusti. Quid igitur refogii? ex ipsa interna Hebraici textus pharetra depromantur tela necesse est, & de Divina victoria nihil residuum erit dubii. Nec hoc silentio prætereundum, scilicet multa in versionibus, si non emendanda, saltem illustranda occurrunt. Quis vel solam versionem vulgatam, quam authenticam facere non erubescerat concilium Tridentinum, emendabit, nisi ex Hebræo fonte aquas limpidas haurire noverit? Hinc augusti nominis Theologus

(λ) Loco citat.

(μ) Talmud. tr. Berasbot. fol. 63.

ologus Rostochiensis *AUG: VARENIUS* (*) - Vulgata,
 inquit, editio in Psalmis corruptissima. Et errata
 Vulgati in Psalmis adeo manifesta sunt, ut Bellar-
 minus toto cap. 13. vix ullum ex fontibus Hebræis
 locum legitimare poterit, & perversitatem ac-
 circularem contradictionem in nulla magis scriptu-
 rarum parte, quam Psalmorum libro ostenderit.
 Hæc exemplis confirmare in aprico esset, sed bre-
 vitati litantes, ea mittimus. Contenti unicum in no-
 stræ sententiæ confirmationem adduxisse exemplum
 ex *JEREMIAE* capite xxxi, v. 32. וְאֲנִי בְעַלְתִּי בָם
 hæcce verba *Chaldaus* ita vertit; ego complacui mihi
 in illis; *Syrus*: ego adspersatus sum eos; *Arabs*: ego
 neglexi eos; *Septuaginta*: ἐγὼ κηδυνῶ αὐτοὺς; *Vulgatus*:
 ego dominatus sum in eos; *Gallus*: Et toute fois je
 leur avois été pour mari. Ostendat ex his versioni-
 bus L. Orientalium ignarus ex mente Spiritus sancti
 profectam versionem, sane magis mutus erit quam
 piscis. Adeoq; vel ex his constare existimaverim, quam
 miserum est in Sacræ Scripturæ interpretatione alie-
 nis videre oculis, ei præsertim, cui ex sententia
 Prophetæ (*), competit, custodire legem, & e cu-
 jus ore requirenda est lex.

§. XIII.

Licet ex paragrapho X. quodammodo pateascas
 L. L. Orientales Futuro Theologo etiam in expli-
 catione Novi Testamenti subsidio esse, attamen hæc

(*) In *dissert. Theol* 1667, in 4. editis *diss. III. Sect. 17.*
cap. 2. (o) *Malach, II. 7.*

hæc assertio vel ex eo capite cuiquam dubia videatur, quod scilicet non alio, quam Græco sermone exaratum ad nos pervenerit. Notandum est plurima Veteris Testamenti oracula in Novo allegari & ad Christum totius Scripturæ scopum applicari. Ad hæc dicta rite intelligenda Hebræo Veteris Testamenti fonte carere non possumus, immo nec debemus, ut exactissima illa utriusque Testamenti harmonia accuratius videri & solida in nobis de Christo gigni queat fiducia, qui emphatice satis priscis sanctioris reipublicæ Doctoribus, *Ὁσὶ θεολογῶμεθ' οὖν* dicebatur. Mos proinde est Sanctis DEI hominibus, in Novi Testamenti canone non semper quod ad literam, aut verba, sed læpius tantum quod ad sensum, verbis paulisper immutatis, Veteris Fœderis dicta allegare. Ut alia taceam; Novi Testamenti scriptores apprime quoque delectantur phrasibus Hebraicis, ut Matth. II. 10. *καρποὺν καρπῶν μεγάλῃν σφόδρα*, *gavisi sunt gaudium magnum valde* Hoc modo etiam fatetur MOSES, Genes. XXVII. 33. : *וַיִּתְרַחַק יַצְחָק מִלֵּיל עַד שָׁמַיִם* h. e. *Et tremuit Isaac timorem magnum valde*. Sed hæc manifesta, ergo ad *Syriacos* me confero & quidem unum e *1. Corinth.* XVI. 22. afferam, legitur ibi *μαρὸν ἄστῃ*: *STRALUS* habet, *moram etho*, *Dominus noster venit*; *ARMENUS* Chalsdamcchen dearm, *adveniente domino*; *COPITICA*: *ge pos quoniam dominus*. Matthæi XXVII v. 52. 53. vertit *ÆTHIOPICA* hoc modo: *vatachastu m-kabrat vatanyssu byssuchan abdyntihomu La-*

Zadikan. Wavatsu ymcha brihomu vabäu wust hagar, kydust ymdukan tanyssu vaystarivmu labssukan. Ferat holpes in Lingvis Orientalibus iudicium de hae versione & paullo ante allatis! Atque ex his concludere licet L. L. Orientales Futuro Theologo, etiam in recte defendendo textum Novi Fœderis, haud exiguum præstare usum.

§. XIV.

EX ordine instituti pedem promoveo ad commentationes, pensitaturus quid cognitio Lingvarum Orientalium F. Th. ibi exhibet commodi: Harum complures tam inter Christianos, quam Judæos dari, extra dubitationis aleam positum est. Hæ autem omnes multam inter se discrepant multisque controversiis textualibus disputantes ventilantesve rem ulro citroque. Magnus noster *ULLO THERIUS* in scriptis suis eruditissime & heroico plane spiritu de significatione vocum disputat, in explicatione præcipue *Psalmorum*, in aureo, de ultimis verbis Davidis, scripto, in *Cygnæa* sua cantione, quæ *Geneseos* explanatio est, in qua plerumque ad fontes recurrit, adeoque conjugationum significationes examinat atque tradit. Quid vero solidi ex his ipsius scriptis se consecuturum sperare audeat, qui ne quidem fundamenta, quibus Divinus Vir nititur, habeat perspecta. Sane nullo successu in Veterum commentariis verlabitur ignarus Harum Lingvarum, qui jam ex *Chaldaica*, jam ex aliis *Lingvis Orientalibus* textum *Spiritus Sancti*, vel recte

recte explicant vel perversa detorsione depravant.
Exempla, ut lexcenta possent proferri; ita ea o-
mitto.

§: XV.

Rerum sacrarum explicator prudens ac gravis
JO. SCHMIDIUS (o), eleganter pronunciat, Sa-
cerdotes ac Theologos esse quasi DEI Bibliotheca-
rios. Uti enim Bibliothecarii est maximo eniti co-
nato, ne ipsius curæ tradita supellex libraria di-
spargatur aut aliquo detrimento afficiatur; ita
Theologorum quoque interest librorum Principem
Sacram Scripturam, quæ sola perfectissima est biblio-
theca, & doctrinas eadem contentas custodire, ne
fons ille limpidissimus turbida conspurcetur aqua.
Quod ne fiat, strophas hæreticorum, quibus cœle-
stem veritatem ad herniam proculcare allaborant,
penitus enervare debet, idque præsidio Lingvarum
Orientalium. Hi vero ipsi, falsis opinionibus depravati,
duo hostium agmina constituunt. Alterum emi-
nus pugnat, est enim *Ἰουδαῖοι*, eorum, quos extra
Ecclesiæ pomeria diabolica agitat rabies. Hanc a-
ciem Judæorum infidelis turba constituit; qui quam-
quam Veteris Testamenti Scripta, tanquam religi-
onis normam recipiant, illa tamen superstitionibus,
traditionibus & perversissimis glossis maculant. Quid
quid demum heic in contrarium movet GRELOTUS
in suo *מיתוס*, ubi complura de Judæorum in-
terno

(E) *Comment. in Prophet. Minor. p. 1779. conf. Hiero-
nym. Epist. 3. ad Heliodorum.*

47

terno felici statu, licet quod ad externa miseri & pauperes videantur, differit. Nam quis nescit eorum commenta de lege orali ex Gemara *ſu* Gittin unde R. MAIMONIDES opus suum, *ſad Chafaka* dictum confecit, quo Talmud dialecto Hebraica quasi in compendio exhibetur. Quid loquar *Chifuk Emusa*, in qua nefandæ Eorum in S. S. Trinitatem blasphemiaz? Quid *Midraſeb Tillim* ubi contra Deitatem Chisti insurgunt? Quid libros *Raſchi D. Kimchii*, *Nizzachon*, *Abaronis bar Joſepbi*, R. *Saadiab Gaonis*, R. *Abrab. Zakuth*, R. *Chafdai*, *Schulschan Aruch* & *Menaſſe*, quibus numero plures illorum perverſæ Sententiæ continentur. Taceo multas increpationes dulciſſimi Salvatoris in N. T. occurrentes; quæ certiffima ſunt indicia doctrinæ Judæorum maxime corruptæ. Siſtæ heic gradum Grelloſus & inſpiciat ſine præjudiciorum faſcino Scripta Rabbinorum & videbit

quid diſtent ara lupinis.

Novum Teſtamentum execrantur, Chriſtianos pro abominatione habent. Horum harpyis & læſtrigonibus ire debet Theologus obviam, errores illorum monſtrando & gladio verbi diſſecando, quod non fieri poteſt niſi ab eo, qui Veteris Teſtamenti oracula recte intelligere, eorum vim & emphaſin ſcite eruere, paraphraſes Chaldaicas ſive *Targumim* pervolvere & Rabbinica ſcripta introſpicere queat.

§. XVI.

Alterum cominus orthodoxiam veritatis cœleſtis adoritur, eſtenim *ſur eorū*, qui in ipſis Eccleſiæ viſce,

visceribus nati schismata & hæreses in alienam & propriam perniciem excitant. Hæc hostium acies triplici potissimum incedit phalange; Pontificiorum, qui auctoritate Plutonis illius Romani, ut loquuntur Magdeburgenses (*), pugnant; & traditionibus humanis castitatem religionis maculant; Calvinianorum, qui rationis humanæ pharetram gerentes infelices ex illa sagittas depromunt; iisque veritatem orthodoxam confodere gestiunt; Socinianorum, qui ex eodem armamentario contra Christi Deitatem, satisfactionem, & nostram per imputationem meriti ejus justificationem, tela protrahunt. Alias hæreticorum & schismaticorum catervas sciens prætereo, hæc solum addens, tantum abesse, ut felicem, cum triplici illa Pontificiorum, Calvinianorum, & Socinianorum phalange, pugnam, ne dum victoriam polliceri quis sibi sine Lingvarum Orientalium cognitione possit, ut potius in ipso conflictu succumbere, aut ad incitas redigi necessum habeat.

§. XVII.

His igitur stipatus argumentis non dubitanter prænuntio Lingvas Orientales Futuro Theologo tantum præstare commodi, quantum navigantipharus, mundo sol, & Geometræ circinus atque norma, sine his enim Ariadneis velut filo destitutus *errabunda, legit, dubio, vestigia, gressu.*

Hinc tantum abest, ut Christiana ætas his præstantissimis Ecclesiæ opibus videatur felix, ut potius infelicissimè

(*) Cent. 12. cap. 10. p. 1368.

ma censenda sit, nisi ii, quorum interest, multo-
rum fidei capitum exquisitori expositioni (π) his
adjuvantibus Lingvis operam dent, quo ex laqueis
hæreticorum, quos subinde tendunt, semet expedi-
ant facilius, & firmata cognitionis suæ regula soli-
diori Lingvarum Orientalium notitia cum timore
DEI conjuncta, huic tutius, quam ullius docti nu-
gatoris adhæreant, Hoc modo illustrior sese offerret
occafio DEI laudes celebrandi, qui Arabibus ALLA,
Badia, Vafaa, Hhakim & Oziz (ρ) dicitur, hisque
convenienter summæ perfectionis possessione fruitur,
nec non suus honos, suum decus, & pre-
tium semper & ubique constaret
LINGVIS ORIENTALIBUS,
Tantum.

(π) Vid. Lascher. de causf. L. Heb. lib. 1.

(ρ) Co. 1. 1. confr. Atb. Kircher. adip. Egypt.



*Prosapie & eruditionis splendore Præstantissimo, Disputationis
hujus Exqvistiori lima elaboratæ*
AUCTORI PERINDUSTRIO
Dn. JACOBO ABRAH. ALANO;

*Sicut apes volitant alacres per cerea castra
Ut se sustentent, referant & commoda multæ,
Haud secus ALANUS colles & dulcia rura
Musarum vixit vigilans per tempora longa,
Ut bene Pieris tingatur munere lymphæ,
Hæc solio spectans aurato doctus Apollo.
Frondea pro jugi promittit ferta labore,
Quæ cinget polietque illi caput ore serenus,
Sincere roveo, Tibi, nostri splendida Pindi
Portio, contingant exacti digma laboris
Præmia, quæ meruit virtus doctrinaque fulgens.*

Adplaudis
GREGORIUS A. HALLENIUS.

Dissertationis hujus egregie AUCTORI praestantissimo
Dn. JACOBO ABRAHAMO ALANO,

Castra juvenes alios strictis horrentia telis,
Agricola jactent tauros, juga, rastra, ligones,
Jactent delicias alii longo ordine charas;
Competit aëst ALANE Tibi laudanda cupido
Rimandis vigili cura secreta Sophoram.
Nam dulces segetes ex his felicibus arvis
Provenient, & charta suas bene omnes habebis;
Fruges hinc multa prudens cum legeris arte,
Si vexent animum cura, si dura laceßant
Fata, per ingenuas artes hæc diminuantur.
Hæc recreant animum firmantque adversa timentem,
Atque securura dant optima pabula vita;
Haud secus ac rosis, vernos, argenteus imber
Humectat flores, ubi clara aurora rubeßcit
Ut justo dulces producat tempore fructus.
Hinc doctus ALANE juvat palleßcere chartis
Indelassata monumentaque tangere dextra.
Accipies viridem Parnassi vertice laurum,
Semper & adversis eris immerßibilis undis.

Sensu quam verbis prolixior gratulabundus

scripsit
CARL F. MÖLLER.

EMENDANDA.

Pag. 5. lin. 20. L. O. leg. L. L. O. O. pag. 12. lin.
 14. in non nullis exemplar. habetur לל leg. לל ibid.
 lin. 15. יקה leg. יקה ibid. lin. 17. מלה leg. מלוח p.
 6. lin. 17. מקרשה leg. מקרשה pag. 16. lin. 13. in
 quibusdam SCHULSTENS leg. SCHUETENS, pag 19 lin.
 5. emores leg. amores. itid. lin. 11. deinde leg. inde
 pag. 20. l. 22. nominibgs leg. nominibus p. 21. lin.
 14. Chaldeam leg. Chaldæam p. 22. מנש leg. מנש
 p. 37. lin. 18. L. Orientalium leg. L. L. Orientalium
 p. 39. lin. 2. Ymdukan leg. Ymdukar.